



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Aliud miraculum baptisterij castelli Cedebratis. Capvt. CCXV.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Miraculum fontis baptismalis in Coeanensium ciuitate.

C A P V T C C X I I I .

SORVBA vius quidam est ad radices montis, in quo sita est Coeanensium ciuitas. In eo baptisterium est, quod in sanctis epiphanijs sudat, qui sudor per tres horas continuis incrementis augetur, & post baptismum peractum decrescere incipit, & tribus alijs horis sensim deficit.

Aliud miraculum baptisterij castelli Cedebratis.

C A P V T C C X V .

EST & in castello Cedebratis, quod sub monte Aenoandron ciuitatis situm est, baptisterium, quod in paschali sanctae resurrectionis festiuitate, cum sit lapis vnus, ex se ipso continuo impletur. Duratque aqua illa vsque ad Pentecosten, moxq; transacta Pentecoste euanescit. Vtraque vero ista miracula in prouincia Lyciae fiunt. Siquis autem haec ita esse non credit, vsque ad Lyciam non grande iter est, pergat, ut rei veritas, fidem illi faciat.

In paschali sanctae resurrectionis festiuitate.

Prudens consilium de non temere dissiuendo, deque non seruando quae temere dissoluta fuerint

C A P V T C C X V I .

CV M essim semel in sancta ciuitate, venit ad me vir quidam fidelis, & dixit mihi: Quia quaedam indignatio oborta est inter me, & fratrem